習 問

- | | |
|---|---|
| 1. Cui epístola tua grata est? 1 | 7. Quid magístrós deléctat? 11 |
| 2. Cui frater carus est? 2 | 8. An (莫非) repetitio neces-
sária est? 12 quare est ne-
cessária? |
| 3. Cui soror cara est? 2 | 9. Quis est pater noster? (1) |
| 4. Num discórdia fratrum Deo
placet? 3 | 10. Quam virtútem júvenes ser-
váre debent? (4) |
| 5. Quem Cain necávit? 4 | |
| 6. Quem amámus? 10 | |

無 類 名 詞

29.

(37—38)

1. Anímus est córporis dóminus. 2. Senes laudant tēpora præterita. 3. Verbórum génera sunt díversa. 4. Ver homínibus jucúndum est. 5. Post iter moléstum quies grata est. 6. *Quot cápita, tot senténtiae.* 7. Sídéra sunt límina noctis. 8. Júdíces custódes jurís sunt. 9. Oculi et aures sunt partes cápítis. 10. Flores pulchri sunt decus hortórum.

11. Vúlnera militum a médicis sanántur. 12. Rex in cápíte corónam áuream portat. 13. In ore lingua et dentes sunt. 14. Paupértas homínibus magnum onus est. 15. Indústria discíplis magnum decus, pigritia magnum dédecus est. 16. Corpus humánúm multa firma ossa habet. 17. Mens sana in córpore sano magnum donum Dei est. 18. Multa cármina nomen Salvatóris célebrant.

19. Fulgur hómínes terret. 20. Fúlmine hómínes sæpe necántur. 21. Sídéra spléndida pulchrum decus noctis sunt. 22. Frigus noctis flóribus nocet. 23. Romæ arx nominábitur Capitólium. 24. In Asia et América multa et magna flúmina sunt. 25. Elephánti magna cápita, parvos óculos, longas aures, latos pedes habent. 26. Liber cárminum præceptóribus et discíplis placet.

1. 快樂爲身子(是)有害(的). 2. 國王該是看守義理的. 3. 春天是便易的時候. 4. 希臘人們的詩^P有名. 5. 人們喜歡大名字的光榮. 6. 在工課以後睡覺與身子是中意[的]. 7. 我們有理慶賀羅瑪人們的大詩人^P. 8. 在我們嘴裡有許多牙^P. 9. 天主的名字該與世人們是祝聖[的]. 10. 連小載[也]囉唆. 11. 聖母的名字與教友們是知道的. 12. 在冬天鳥^P怕冷. 13. 黑夜間閃電嚇唬小胆的孩子^P. 14. 人有頭及腳,^P在頭上有眼.^P

習 問

- | | |
|--|---|
| 1. Quid senes laudant? 2 | 10. Ubi sunt magna flúmina? 24 |
| 2. Quando quies grata est? 5 | 11. Quid præceptóribus et discipulis placet? 26 |
| 3. Quid rex portat? 12 | 12. Quod est nomen tuum? |
| 4. Ubi sunt lingua et dentes? 13 | 13. Quid nocet córpori? (1) |
| 5. Quid discipulis decus est? quid dédecus? 15 | 14. Quod tempus est jucúndum? (3) |
| 6. Cuius nomen cármina célebrant? 18 | 15. Quando somnus est gratus? (6) |
| 7. Quid hómines terret? 19 | 16. Quorum cármina celebrámus? (7) |
| 8. Quid flóribus nocet? 22 | 17. Quid homo habet? (14) |
| 9. Quómodo nominabátur Romæ arx? 23 | |

30.

e, al, ar 無類出規名詞 (39—40^b)

1. Flúmina plena animálium sunt. 2. Magna vectigália civibus molésta sunt. 3. Génera animálium vária sunt. 4. Mária habent lítora, flúmina habent ripas. 5. Animália multa mandúcant cibos ex præsépi. 6. Pátriæ nostræ história plena est exemplárium virtútis. 7. Nocte stellæ nantis indicant vias maris. 8. In máribus et flúviis sunt multí pisces. 9. Mare Sínicum étiam mare Flavum nominátur. 10. Rétia venatórum ávibus periculósa sunt. 11. Pópulus Románuş terrá maríque victor erat.

1. 要飯的不納糧。2. 在海裡有大島^P也
[有]小島^P。3. 聖人^P當我們的表樣。4. 吾主耶
穌在祭台上住[着]。5. 馬槽是(了)吾主的床。6.
我們用玉藪花^P修飾堂[裡]的祭台。7. 僕人^P在
衙們裡給判官預備坐位。8. 老師喜歡高興學
生們的玩耍。9. 天主造了天地,人^P,禽^P,獸^P。

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Quid stellæ indicant nautis?
quando? quibus? 7 | 5. Ubi pópulus Románus erat
victor? 11 |
| 2. Ubi sunt multi pisces? 8 | 6. Num mendicæ dat vectigália?
(1) |
| 3. Quómodo mare Sínicum no-
minátur? 9 cur (爲什麼)
mare Flavum nominátur? | 7. Quis hábitat in altári? (4) |
| 4. Quibus animalibus rétia peri-
culósa sunt? 10 | 8. Quibus flóribus ornámus al-
tária? (6) |
| | 9. Quid creávit Deus? (9) |

31.

(試翻而熟讀之)

De urbe Roma.

Urbs Roma sine dúbio inter urbes antiquitátis præclára est. Rómulus urbem in monte Palatíno ædificávit et ex nómine suo Romam nominávit. Urbs initio unum tantum collem habébat, póstea septem. Nunc vero valde magna est; multa pretiósa templa et pulchra ædificia habet. In urbe Roma Summus Póntifex hábitat. Palátium Summi Pontificis Vaticá-nus nominátur.

習 問

- | | |
|---------------------------------------|--|
| 1. Quæ urbs præclára est? | 5. Quot (幾個) colles urbs ha-
bébat? |
| 2. Quis urbem Romam ædifi-
cávit? | 6. Quid Roma nunc habet? |
| 3. Ubi Rómulus urbem ædifi-
cávit? | 7. Quis hábitat in urbe Roma? |
| 4. Quod est nomen urbis? | 8. Ubi hábitat Summus Pónti-
fex? |

形 容 詞

32.

有 er, is, e 末音之形容詞 (41—43)

1. Japónia non est magna, sed célebris. 2. Nuntii céleres victóriam nuntiavérunt. 3. Milites álacri ánimo pro libertáte pátriæ pugnavérunt. 4. Roma est célebris urbs Itáliæ. 5. Dentes canum acres sunt. 6. Vere itinera grata et salúbria sunt. 7. Inter Sinas et Japonénses certámen acre fuit. 8. Magister discipulis narrat úrbium célebríum históriam. 9. Oculi félium acres sunt. 10. Eques equum célerem optat, agrícola robústum. 11. Nautæ naves firmas et céleres amant. 12. Labor corpore et ánimæ salúber est. 13. Multæ regi-ónes terræ non sunt salúbres. 14. Equi céleres vitam équitum servavérunt.

1. 兵們的劍^P快。 2. 母親與兒子^P預備着人的食物。 3. 學生喜歡出名詩人^P的詩^P。 4. 許多食物^P爲孩子們不(是)營養(的)。 5. 蒙古的馬^P快。 6. 山^P[上]的清氣(是)養人(的)。 7. 奧古士都皇上是出名的。

習 問

- | | |
|--|--|
| 1. Qui nuntiavérunt victóriam? 2 | 7. Qualem equum optat eques? qualem agrícola? 10 |
| 2. Quómodo milites pugnáverunt? 3 | 8. Cui labor salúber est? 12 |
| 3. Quales sunt canum dentes? 5 | 9. Quis habet acrem gládium? (1) |
| 4. Quando itinera grata sunt? 6 | 10. Quis parat salúbrem cibum? quibus? (2) |
| 5. Inter quos (在誰, 什麼當中) pópulos certámen acre fuit? 7 | 11. Ubi est aër salúber? (6) |
| 6. Quid magister discipulis narrat? 8 | 12. Quis est imperátor clarus? (7) |

33.

有 is, e 末音之形容詞 (44—45)

1. Deus pater ómnium hóminum est. 2. Illústres duces in Sina fuérunt. 3. Imperátor milites fortes laudávit.

4. Nautae forti ánimo cum tempestátibus pugnavérunt. 5. Pietas erga paréntes est Sinárum virtus principális. 6. Adoléscentes sunt hílares. 7. Mendácium turpe peccátum est. 8. Via virtútis non est fácilis. 9. Vita brevis est. 10. Vituperámus scélera túrpia.

11. Multa bella iniústa et inútilia sunt. 12. Nómína virórum clarórum semper erunt illústria. 13. Post magnum labórem multí hómínes brevem quiétem habent. 14. Sancti apóstoli et sapiéntiá et virtúte omnes hómínes superavérunt. 15. Púeri hílares ab ómnibus amáuntur. 16. Púeri tristes non sunt sócii grati. 17. Admirábilis hic mundus a Deo créatus est. 18. Jesus Christus laudávit mites et húmiles. 19. Regnum celórum est mítium humilíumque práemium. 20. Legiões Románae fortes fuérunt.

21. Omnes hómínes sunt mortáles. 22. Gládii Románorum erant breves. 23. Sinae agri fértiles sunt. 24. Veris amícis dolóres et gáudia sunt commúnia. 25. Hómínes crudéles non habent amícos. 26. *Ars longa, víta brevis est.* 27. Non omnes filii pátribus símiles sunt. 28. Comes hílaris viatóri gratus est. 29. Bonus rex bono pastóri símilis est. 30. Ignis útilis est, sed valde periculósus. 31. Senex dissímilis est júveni. 32. Bella civilia pátriæ nocuérun. 33. Deus humilíbus adolescéntibus dat grátiam. 34. Solátium tristibus gratum est. 35. Civis probus regi suo fidélis est; servi dóminis non semper fidéles sunt.

1. 萬事起頭難. 2. 中國人^P的住處^P很小. 3. 大尼老也和悅也謙遜. 4. 牲中^P與農夫(是)有益(的). 5. 冬天夜^P長, 夏天夜^P短. 6. 天主的光榮超過地上(的)主子^P的光榮. 7. 肉身(是)有死(的), 靈魂不死不滅. 8. 天[上]的星辰^P指給水手們道路. 9. 勤謹孩子喜歡有益的書^P. 10. 勞苦爲孩子們不容易. 11. 鐵的分量重. 12. 老師的規矩爲學生^P(是)有益(的).

習 問

- | | |
|--|---|
| 1. Quos laudávit imperátor? 3 | 9. Quod est præmium mítium hóminum? 19 |
| 2. Quae est Sinárum virtus principális? 5 | 10. Num omnes filii pátribus símiles sunt? 27 |
| 3. Quod peccátum est turpe? 7 | 11. Cui símilis est bonus rex? 29 |
| 4. Num via virtútis fácilis est? 8 | 12. Num senex et júvenis símiles sunt? 31 |
| 5. Quid vituperámus? 10 | 13. Quid trístibus gratum est? 34 |
| 6. Quando hómines quiétem habent? 13 | 14. Suntne servi semper fidéles? 35 |
| 7. Quá re (因爲什麼事情) apóstoli superavérunt hómines? 14 | 15. Num ánima mortális est? (7) |
| 8. Suntne (ne 難道.麼) púeri trístes sócii grati? 16 | 16. A quo libri útiles amántur? (9) |

34.

三類末音皆同之形容詞 (46—47)

1. Patres amant diligétes púeros. 2. Amor potens est. 3. Cives saepe discórdes sunt. 4. Viri diligétes non recusant labórem. 5. Imperátor audax hóstem superábit. 6. Probi viri felices erunt, improbi infelices. 7. Militibus audácibus moléstiae belli non sunt graves. 8. Consília sapiéntia praeceptórum púeris utilia sunt. 9. Laudámus Mariam, cleméntem atque poténtem regínam. 10. Sina est pátria sapiéntium virórum, illústrium poétárum, fórtium imperatórum. 11. Léo est bestiárum princeps, fortis et audax est, in silvis hábitat et terríbili clamóre terret animália.

12. Orátor sermóne suo virum innocéntem liberávit. 13. Non omnes pari ánimo sunt. 14. Exémpia virórum sapiéntium ómnibus utilia sunt. 15. Véteres imperatóres prudéntes fuérunt. 16. Viri sapiéntes multos amícos habent. 17. Hómines imprudéntes saepe in periculis sunt. 18. Cives misericórdes mendícis pecúniám dant. 19. Vir bonus et sápiens ab ómnibus amátur. 20. Tempestátes veheméntes nautis et návibus periculósae sunt. 21. Hómines innocéntes a Deo amántur. 22. Nómína audácium ducum militibus cara sunt. 23. Córpora antiquórum hóminum erant ingéntia.

1. 工課與用心學生是中意的。 2. 我們的先祖^P很明智。 3. 中國是許多有能元帥^P的本國。 4. 民人愛明智皇上, 不喜歡利害虐王。 5. 皇上修蓋了一座大堂。 6. 元帥用明智的計策打敗了有能力的敵人^P。 7. 天主給善人天上的賞報。 8. 利害打仗爲買賣人^P(是)有害的。 9. 善人將有善終, 惡人的終將是無福的。 10. 聖類斯(從前)是無罪的幼年人。 11. 我們的船隊(是)在大危險中。 12. 星辰^P的數目大。

習 問

讀此課本後之附錄 2—4

- | | |
|--------------------------------|---------------------------------|
| 1. Quales púeros patres a- | 5. Quod ánimál est bestiárum |
| mant? 1 | princeps? qualis est leo? |
| 2. Suntne cives semper concór- | ubi hábitat? quómo terret |
| des? 3 | animália? 11 |
| 3. Num moléstiaē belli militi- | 6. Cui léctio est grata? (1) |
| bus graves sunt? 7 | 7. Qualem regem amat pópu- |
| 4. Quæ consília púeris utilia | lus? (4) |
| sunt? quorum consília? 8 | 8. Cuius finis est felix? cuius |
| | est infélix? (9) |

第四變法

35.

陽類, 陰類名詞 (48—49; 52)

1. Senátuum auctóritas apud omnes pópulos magna est. 2. In senátu multi viri sapiéntes sunt. 3. Consília regis senátui nota sunt. 4. Magistrátus custódes legum sunt. 5. Sídéra habent ortum et occásum. 6. Ímpetus flúctuum návibus periculósus est. 7. Tempéstat véhemens in lacu návibus nostris nócuít. 8. In portu magna cópia longárum návium est. 9. Hieme naves in portu tuto sunt; æstáte in alto mari návigant. 10. Cantus suavis ávium hómínes æstáte deléctat. 11. Autúmno fructus dulces deléctant púeros.

1. 太陽有出及沒.
2. 臉面是靈魂的鏡子.
3. 許多鳥^P用叫喚悅樂人心.
4. 兵旅^P該是本國的保護.
5. 孩子們吃樹[上]的菓子^P.
6. 在碼頭上有船^P.
7. 兵頭打敗了敵人^P的兵旅.
8. 狗傷了賊的手.
9. 湖[裡]的浪頭^P不大,到底海[裡]的浪頭^P很高.
10. 城人^P該順從議事會.
11. 我們的馬隊用犬攻擊打敗了敵人^P的馬隊.
12. 皇上的御車^P多,農夫的車子^P少.

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Ubi est cōpia nāvium? 8 | 4. Quid mandūcant pūeri? (5) |
| 2. Ubi naves sunt hieme? aestate? 9 | 5. Maris an (或...或...) palūdis fluctus magni sunt? (9) |
| 3. Quid hōmīnes aestate delēctat? 10 quid autūmno? 11 | 6. Regis an agricolae currus multi sunt? (12) |

36.

無類名詞 (50-52)

1. Omne animal habet quinque sensus. 2. Caput est sedes omnium sensuum. 3. Animalis sensus sunt visus, auditus, gustus, odoratus, tactus. 4. Voluptates sensibus jucundae, sed animae periculosae sunt. 5. Cervus cornua alta habet. 6. Pater meus cervi cornibus domicilii parietem ornat. 7. Vir sapiens parvo victu contentus est. 8. Vultus sapientium virorum non sunt tristes. 9. Parentes mei seni pauperi victum necessarium dant. 10. Homines divites equos celeres et currus pulchros habent. 11. Exercituum nostrorum equitatus fortis est. 12. Motus celer corpori tuo est salutaris. 13. Pedes et genua sunt partes corporis. 14. Exitus vitae humanae incertus est. 15. *Eventus stultorum magister.*

1. 星辰^P的運動爲許多人是不知道的.
2. 兒子們慶賀自己父親的回來.
3. 瞎子沒有視覺,聾子沒有聽覺.
4. 鹿的角^P高.
5. 聖人們的生命有善終.
6. 窮人沒有吃的.
7. 善人

喜歡唱歌。8. 石頭^P沒有知覺；牲和^P有知覺，
到底沒有明悟。

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Quot sensus animal habet? 1
ubi est sedes sensuum? 2 qui
sunt? 3 | 8. Num certus est exitus vitae
nostrae? 14 |
| 2. Quomodo pater ornat domi-
cillii parietes? 6 | 9. Quorum magister est even-
tus? 15 |
| 3. Quorum vultus non sunt tri-
stes? 8 | 10. Num omnibus notus est si-
derum cursus? (1) |
| 4. Cui parentes victum prae-
bent? 9 | 11. Quis non habet visum? (3) |
| 5. Quid habent homines divites?
10 | 12. Quis non habet auditum?
(3) |
| 6. Quid corpori tuo salutare
est? 12 | 13. Cuius vita habet exitum
felicem? (5) |
| 7. Quae sunt partes corporis? 13 | 14. Qualis homo amat cantum?
(7) |
| | 15. Num lapis habet sensus? (8) |

37.

(試翻而熟讀之)

De lingua Latina.

Lingua Latina omnibus seminaristis utilis, industriis ju-
cunda, pigris molesta est. In seminario linguae Latinae semper
studere debemus; nam necessaria erit in studiis, Missa, Bre-
viario et etiam saepe in colloquiis. Lingua Latina valde
difficilis est; habet enim declinationes, conjugationes multasque
alias regulas Sinensibus ignotas. Sed lingua Latina etiam
praecleara est; nam antea fuit lingua omnium fere doctorum,
et adhuc nunc permulti linguae Latinae student. Seminaristae
et sacerdotes omnes linguam Latinam valde amare debent;
est enim lingua ecclesiae catholicae.

習 問

- | | |
|---|---|
| 1. Quibus lingua Latina uti-
lis est? | 4. Cur linguae Latinae studere
debemus? |
| 2. Quibus jucunda, quibus mo-
lesta est? | 5. Cur lingua Latina difficilis
est? |
| 3. Ubi linguae Latinae studere
debemus? | 6. Quis debet valde amare lin-
guam Latinam? |

第五變法

38.

(53—55)

1. Fides, spes, caritas sunt virtutes principales. 2. Amamus exempla magnae fidei. 3. In animis nostris est spes vitae aeternae. 4. In rebus secundis homines multos amicos habent, paucos in rebus adversis. 5. Administratio rei publicae res difficilis est. 6. Salus rerum publicarum est in bonis legibus et in probis civibus. 7. Dies diei similis est. 8. Exercitus noster aciem hostium in planitie magna superavit. 9. Aestas dies longas, noctes breves habet. 10. Hieme dies breves, noctes longae sunt. 11. Hora est parva pars diei. 12. Hebdomas septem dies habet. 13. Hieme glacies pueris jucunda est. 14. Pulchra facies non semper effigies boni animi est.

1. 小事多次是大事的因由。2. 幼年時的日子^P相似春天的日子^P。3. 信德是[個]貴重德行。4. 在不適當的事情^P上朋友的安慰是如意的。5. 國家的法律^P該(是)公道(的)。6. 惡人在一總的事情上順從自己的便易。7. 在冰凌上玩耍(是)有危險(的)。8. 湖[裡]的冰凌不堅固。9. 希罕事(是)貴重。10. 天主按着自己的肖像造了人。11. 無(sine)信德無人悅樂天主。12. 瑪利亞是善望之母。

習 問

- | | |
|--|---|
| 1. Quae virtutes sunt principales? 1 | blicae? 6 |
| 2. Quando homines multos amicos habent? quando paucos amicos habent? 4 | 4. Quis superavit aciem hostium? ubi superavit? 8 |
| 3. In qua re est salus rei pu- | 5. Quot (幾個) dies habet hebdomas? 12. |
| | 6. Qualis mater est Maria? (12) |

比級形容詞

39.

差比級 (57—61; 68)

1. Senes sapientiōres sunt quam iuvenes. 2. Aurum pretiōsius est quam ferrum. 3. Ferrum utiliū est quam aurum. 4. Lénia verba saepe utiliōra sunt quam áspera. 5. Flúmina profundiōra sunt quam rivi. 6. Aestas hominibus iucúndior est quam hiems. 7. Montes Asiæ altiōres sunt quam Európaē. 8. Confútiū sapientiōr quam Méntiū fuit. 9. Páuperes saepe feliciōres sunt quam divites. 10. Nihil admirabiliū est quam ópera Dei.

11. Duces debent fortiōres esse quam milites. 12. Nihil rei públicæ periculōsius est quam bellum civile. 13. Bonis civibus pátria carior quam vita est. 14. Petrus erat fórtior quam reliqui apóstoli. 15. Nemo miserior est quam peccátor. 16. Nihil túrpius est quam peccátum. 17. Ferrum dúrius est quam lapis. 18. Nihil pópulis grátius quam libértas est. 19. In horto vestro flores pulchriōres sunt quam in nostro. 20. Sensus multárum bestiárum acriōres sunt quam hominum.

1. 好名譽比金子更貴重. 2. 假朋友比仇人更有危險. 3. 馬比驢快. 4. 我們的園子比你們的園子生長. 5. 好表樣比好規矩更有益處. 6. 亞洲的河^P比歐洲的河^P長. 7. 我們的花^P比你們的[花]好看. 8. 無人比伯多祿明白. 9. 什麼也不(是)比德行寶貝.

習問

1. Quid est pretiōsius quam ferrum? 2
2. Lénia an áspera verba utiliōra sunt? 4
3. Aestas an hiems est iucúndior? 6
4. Quis fuit sapientiōr quam Méntiū? 8
5. Quis est sapientiōr quam Deus? 8
6. Quid est dúrius quam lapis? 17

7. Quid est pretiōsius quam virtus? (9)
8. Quod animal velocius est quam ásinus?
9. Petrus an Paulus fórtior est?
10. Quando noctes breviōres sunt: aestáte an hieme?
11. Stúdiū an ludus grátior est discipulis?
12. Quo nómine vocáris?

40.

— 極比級 (62—66) —

1. Rex vester est fortissimus. 2. Deus benignissimus pater hominum est. 3. Deus est sapientissimus. 4. Hic fluvius est longissimus et latissimus. 5. Roma erat urbs clarissima. 6. Senum praecepta juvenibus utilissima sunt. 7. Maria sunt profundissima. 8. Filius bonus patri carissimus est. 9. Fratres fratribus carissimi sunt. 10. Antiquissimis temporibus Sinae jam habuerunt oppida firmissima.

11. Equi Arabum celerrimi sunt. 12. Mendici saepe miserimi et infelicissimi sunt. 13. Viri nobilissimi saepe pauperissimi fuerunt. 14. Illustrissimorum virorum mors saepe miserima fuit. 15. Regiones pulcherrimae non semper fertilissimae sunt. 16. Urbes Italiae sunt celeberrimae. 17. Hominiibus pigris labores molestissimi sunt.

1. 這個山甚高. 2. 我的朋友很忠信. 3. 罪人頂可憐. 4. 保祿是很勤謹的學生, 若望是很懶惰的學生. 5. 撒落滿是頂明智的皇上. 6. 羅馬府是世界上頂有名的城. 7. 窮人^P不常是無福的.

8. 端正是孩子們很體面的德行. 9. 農夫不喜歡很好看的馬, 倒底[喜歡]有勁的. 10. 這個帽子很寶貝. 11. 和睦是城人^P頂堅固的護圍. 12. 古中國的皇上^P很有名. 13. 容易工課不常是很有益的. 14. 獅子是很可怕的野獸.

習 問

- | | |
|--|---|
| 1. Quorum praecepta sunt utilissima juvenibus? 6 | 6. Quae animalia sunt velocissima? |
| 2. Quis fuit sapientissimus rex terrae? (5) | 7. Quae metalla sunt pretiosissima? |
| 3. Quae urbs Italiae est clarissima? (6) | 8. In qua terra sunt montes altissimi? fluvii longissimi? |
| 4. Qui est altissimus mons Asiae? | 9. Quod animal est terribilissimum? (14) |
| 5. Qualis discipulus magistro gratissimus est? | 10. Qualis homo est miserimus? Qualis felicissimus? |

41.

差比級, 極比級出規者 (67)

1. Virtus mélior est quam aurum. 2. Hómines páuperes plures sunt quam dívites. 3. Luna mínor est quam terra. 4. Vita turpis peior est quam mors. 5. Fur est malus, latro peior, homicída est péssimus. 6. Plures aves autúmno in calidióres regiónes migrant. 7. Flúvius Caerúleus est máximum Sinæ flumen. 8. Consilium meum est bonum, tuum est mélius, consilium amici mei est óptimum. 9. Res mínimæ sæpe fuérunt causæ bellórum maximórum. 10. Valetúdo mélior est quam divitiæ. 11. Divitiæ plúrimis homínibus gratae sunt.

1. 斐洲大於歐洲, 而小於亞洲. 2. 亞洲的河^P多於歐洲的[河]. 3. 天主是衆人頂良善及頂好的[大]父. 4. 很不好的人屢次得至大的光榮. 5. 很多人^P喜歡世上的財貝. 6. 惡人^P不喜歡天堂上的福樂. 7. 德行比財貝還好. 8. 在我們園子裡有很好的菓子.^P 9. 沒有比德行好的; 沒有比罪惡的. 10. 聖母的態像(是)很體面.

習 問

- | | |
|--|--|
| 1. Quid est mélius quam aurum?
1 | 4. Quid est mélius quam divitiæ?
10 |
| 2. Quæ stella est minor quam terra? 3 quæ est maior? | 5. Quæ terra est minor quam Africa? quæ est maior? (1) |
| 3. Quod flumen Sinæ est máximum? 7 | 6. Quod malum est máximum?
(9) |

42.

(試翻而熟讀之)

De gente Romána.

Gens Romána in bello fortis fuit, in pace simplex et gravis. Románi ignorábant litteras et artes, agréstia autem et

pública negótia amábant. Claríssimi erant virtútibus militáribus; itaque orbem terrárum superavérunt. Románi légibus obtemperábant atque in omni bello commúnem salutem spectábant. Itaque pópulus Románus et virtúte et fortúna princeps erant ómnium géntium.

習 問

- | | |
|--|--|
| 1. Qualis fuit gens Romána? | 5. Quid superavérunt? |
| 2. Quid Románi ignorábant? | 6. Quid in omni bello spectábant? |
| 3. Quid vero valde amábant? | 7. Qui pópulus princeps erat ómnium géntium? |
| 4. Quibus virtútibus claríssimi erant? | |

助 動 詞 Esse 是 (有)

43.

直 態 及 命 態 (87)

1. Brevi feríæ erunt. 2. Júdices, semper justí estóte!
3. Custódes portárum atténti suntó! 4. Amíci fidéles suntó!
5. Discípuli semper atténti suntó! 6. Pigri fúimus, nunc diligéntes sumus. 7. Pius ánimus Deo semper jucúndus fuit.
8. Ego sum homo, tu es homo; nos omnes hómínes sumus.
9. Nunc púeri estis; brevi adolescéntes éritis. 10. Cum patre meo hódie in agro fui. 11. Res futúrae incértæ sunt. 12. Amíci, concórdes estóte!

1. 你同憂者^P當是憂悶的同悅者^P當是喜悅的。 2. 你們該恒心到死,你們的花冠將是常生。 3. 一總的勞苦爲懶惰學生(將)不容易。 4. 勞苦若大,賞報也大。 5. 本國(的)自主爲一總的城人^P是可愛的罷! 6. 你們的朋友昨日有病。 7. 昨日你在那裡呢?我昨日同父母在園子裡;菓子^P熟(了)。 8. 你們昨日在那裡呢?我們在城裡。

習 問

- | | |
|--|---------------------------------------|
| 1. Paule, ubi hódie cum patre tuo fuísti? | 5. Quando seges erit matúra? |
| 2. Ubi érimus beáti? | 6. Quando erunt fériæ? |
| 3. Petre, ubi heri fuísti? ubi nunc es? ubi cras eris? | 7. Eane ægrótus? (mínime) |
| 4. Qualis discipulus erit doctus? | 8. Ubi sumus. mane? meridie? véspere? |
| | 9. Ubi cras érimus? |

44.

傍 態 (87)

1. Vultus vestri semper læti sint! 2. Homo sit benévolutus! 3. Júvenes sint modésti! 4. Sanctis símiles simus! 5. Magistrátus justus sit! 6. Mens sana sit in corpore sano! 7. Parvo conténti simus! 8. In schola estis, ut diligéntes sitis! 9. Frater tuus ægrótus est; útinam mox sanus sit!

1. 我們的行爲^P當是公道的, 我們的話^P當是實在的! 2. 你們若是勤謹, [自然] 後來是博學的。3. 你別當惡人的朋友! 4. 你們從前(是)有福(的), 因為你們是熱心及正道的。5. 修士該是熱心, 勤謹, 喜悅的! 6. 我們的兵隊該是勇敢的, 因為敵人^P與我們本國預備了災難。7. 我們如今在城裡, 不多時要在你們(的)庄裡。8. 無人無 (sine) 毛病; 無人無 (sine) 罪。9. 學生別(是)懶惰(的), 因為懶惰學生後來總不是博學的。10. 天堂是善人^P的賞報。

習 問

- | | |
|--|--|
| 1. Cur sumus in schola? 8 | 3. Quales non sint júvenes? júdices? 等 |
| 2. Quales debent esse júvenes? júdices? reges? amici? discipuli? christiáni? seminari-stæ? servi? dómni? | 4. Ubi nunc estis? |
| | 5. Ubi mox éritis? |
| | 6. Quid est caelum? (10) |

第一聯法

行說

45.

(83—84; 88)

1. Amáte Deum! 2. Deum semper laudémus! 3. Imperáre saepe res fácilis est. 4. Cupiditátem superavisse splendidíssima victória est. 5. Stellas coeli numeráre difficile est. 6. Amícos amáre fácilis est, sed inimícos amáre difficile est. 7. Vitáte societátem malórum! 8. Præcéptis paréntum et magistrórum obtemperémus! 9. Nisi obtemperábitis, saepe peccábitis.

10. Amémus pátriam, obtemperémus légibus pátriae! 11. Vitémus peccáta! 12. Erránti viam monstráto! 13. Nos saepe peccávimus, tu emendavisti vitia tua. 14. Magistri castigant discipulos, ne peccent. 15. Mílités naves cremavérunt. 16. Mílités nostri usque ad mortem pugnántes, splendidíssimam victóriam reportavérunt. 17. Non optándo, sed laborándo scientiam parábis. 18. *Ora et labóra!* 19. *Erráre humánam est.* 20. Pro pátria belláre pulchrum est.

1. 先生責備了學生^P因爲他們犯了罪。 2. 改自己的毛病^P比責備別人的毛病^P更難。 3. 你愛天主罷守天主的誠命罷! 4. 我們若求天主,[就]要得。 5. 許多人^P因着驕傲懣了自己的光榮。 6. 我們常該記着死亡,爲的躲避[犯]罪。 7. 在逆事^P上我們不該失望而該盼望更好的時候。 8. 在順事^P上我們常是端正的罷! 9. 和睦也保存也堅固民人們。 10. 你別懣(了)你的衣裳^P!

11. 敵人們求了和。 12. 夏天的時候鳥^P在樹林中叫喚。 13. 數數城[裡]的居民^P(是)不容易

(的). 14. 羅瑪人^P不大離同世
打過仗. 15. 不公道的判官罰了很無罪的人.
16. 醫生治好兵們的傷^P. 17. 父親喊了兒子, 叫
他做活(方過時). 18. 等候了屢次是明智的.
19. 犯了罪是醜陋的.

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Imperáre an obtemperáre
facilius est? 3 | 6. Cur debémus memoráre
mortem? (6) |
| 2. Quis numerávit stellas cœli? 5 | 7. Quis sanat vúlnera? (16) |
| 3. Quid debémus vitáre? 7; 11 | 8. Quem vocávit pater? (17) |
| 4. Quómodo parábimus sciéntiam? 17 | 9. Quos debémus amáre? |
| 5. Cur magíster vituperávit discipulos? (1) | 10. Quibus debémus obtemperáre? |
| | 11. Quid est turpe? (19) |

受 說

46.

(85—86; 89)

1. Paréntes a filiis amántur. 2. A bonis hominibus laudámur, a malis vituperámur. 3. Nos omnes servámur a Deo. 4. Pigri discipuli a magistro vituperabúntur, diligéntes laudabúntur. 5. Rex bonus a civibus pater pátriæ appellátur. 6. Præses rei públicæ a senátu creátur. 7. Nunquam a bonis amáberis, si malórum societátem amas. 8. Fur a carnífice necátur. 9. Pátria a militibus servátur. 10. Agricivium, ab hóstibus vastáti sunt. 11. Roma a Rómulo aedificáta est. 12. Témpora mutántur et nos mutámur cum temporibus. 13. Omnia bella perniciosá sunt, urbes maximæ expugnántur, hómines multi necántur, témpula pulchérissima vastántur.

14. Probi estóte, ut a paréntibus amémur! 15. Accusáti estis a malis, sed a justis iudicibus liberabímur. 16. Fratres a soróribus, soróres a frátribus améntur! 17. Seminaristæ a seminaristis améntur! 18. A bono viro laudári est

vera glória. 19. Pátria a fortíssimis militibus liberábitur. 20. Milites vulneráti in urbem portáti sunt. 21. Laudétur Jēsus Christus!

將下諸行說換受說 (89)

1. 善人讚美善人, 到底惡人輕慢善人. 2. 老師常愛勤謹的學生. 3. 人們若改風俗,^P [自然]時候後來也要改.^P 4. 衆人^P盼望平安到底白白的盼望了. 5. 我們在修道院裡, 爲的受教訓. 6. 衆人^P當躲避罪惡!^P 7. 兒子等候父親(的)來到. 8. 醫生治好了受傷的兵.

習 問

- | | |
|---|------------------------------|
| 1. Quómodo appellátur bonus rex? 5 | 4. Qui sa sunt? 13 |
| 2. A quo creátur praeses rei públicæ? 6 | 5. Quis amátur a Deo? |
| 3. A quo aedificáta est Roma? 11 | 6. Quómodo nomináris? |
| | 7. Quem médicus sanávit? (8) |

第二聯法

行 說

47.

(90)

1. Fulgur terrēt agricolas. 2. Lingua Latína puerórum ingénia exércet. 3. Sapiéntia viris veram dignitátem praebet. 4. Bona exéempla plus valent, quam óptima praecépta. - 5. Si praecéptóres monébunt, nos parébitus. 6. Pigrítia discipulórum magistro displicuit; itaque discipulos mónuit, sed frustra. 7. Nunquam malis placúimus. - 8. Si légibus semper parébitus, nunquam dolébitus. 9. Paréntibus plúrima et máxima beneficia debémus. 10. Tempestátes segétibus agricolárum nocent. 11. Labóre et indústria glóriam et honórem merébitus. - 12. Artes in pátria nostra floruérint.

13. Utinam semper váleas! 14. Non solum cörpera, sed étiam ingénia exerceámus! 15. Labóres nunquam timeámus! 16. Modum adhibeámus! 17. Leges improbos coércent, ne bonis civibus nóceant. 18. Amáre virtútem mélius est, quam timére pœnam. 19. Etiam difficiles labóres diligentíá superábimus. 20. Modum adhibére in ómnibus útilé est. 21. Púeri in societáte senum tacénto! 22. Difficilis est ars tacéndi. 23. Paréntibus semper placuisse púero laus est. 24. Præbetóte auxiliium míseris, ut in rebus advérsis solátium hábeant! 25. Hómines dívites étiam hieme rosas floréntes habent.

1. 春天的時候樹木^P開花。2. 有福的人(將來)常有許多朋友。3. 你若給窮人^P錢將來你受讚美。4. 我們不[必]該如衆人^P的意。5. 城人^P該聽議事會的命! 6. 窮人缺少許多事,^P如衣裳^P乾糧,酒,錢。7. 好規矩約束人的偏情。8. 驢穿了獅子皮,嚇唬人^P及野獸;^P到底忽然驢耳朵^P顯出來了;在後無人怕了。9. 在希臘國技術^P及學問興旺了。10. 耶穌復活後屢次給宗徒們顯出來了。11. 你們從前不如父母之意。12. 你們約束你們不好的習慣^P罷!

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Quam utilitatem habet lingua Latina? 2 | 8. Quando florent arbores? rosæ? Illia? (1) |
| 2. Quid præbet viris dignitatem? 3 | 9. Quales homines habent multos amicos? (2) |
| 3. Quid valet plus quam præcepta? 4 | 10. Quibus rebus carent pauperes? (6) |
| 4. Quid displicet magistro? 6 | 11. Ubi flourerunt artes? (9) |
| 5. Cui debemus multa beneficia? 9 | 12. Quibus apparuit Jesus? quando? (10) |
| 6. Quid nocet segéribus? 10 | 13. Quid debemus coércere? (12) |
| 7. Ubi púeri debent tacere? quando? 21 | 14. Francisce, valésne (你好麼)? Vale! Valéte? (請安) |

受 說

48.

(91)

1. A malis hominibus mors timetur. 2. Exerceamini in bonis artibus! 3. A bono viro victus praebetur pauperi. 4. A parentibus monebaris. 5. Post proelium militibus ab imperatore dona praebita sunt. 6. Japoniae incolae saepe motibus terrae territi sunt. 7. Omnes mali poena terreantur! 8. Peccantes moneantur! 9. In schola sumus, ut animi nostri exerceantur. 10. In omnibus rebus modus adhibeatur! 11. Vos omnes saepe moneri debetis, ut diligentes sitis. 12. Homo improbus castigatus est; itaque omnes a scelere deterriti sunt. 13. Ab omnibus amaris, a nullo timearis! 14. Neroni jucundum fuit ab omnibus timeri.

1. 我們因規矩當受約束. 2. 懶惰學生當爲老師所勸. 3. 賞報因德[而]擇. 4. 受勸比受罰更好. 5. 受勸的孩子改了自己的毛病.^P 6. 受嚇唬的兵^P在陣上敗了. 7. 希臘人^P的兒子^P在技術^P上受了[教]練. 8. 受[人]誇獎(是)有危險(的), 到底受[人]勸勉(是)有益處(的). 9. 勇敢的兵^P不因着敵人^P的攻擊受嚇唬. 10. 兔子^P因獅子之聲受了嚇唬. 11. 德行因許多勞苦^P[而]得.

習 問

- | | |
|---|------------------------------------|
| 1. A quo timetur mors? a quo non timetur? 1 | 5. Quomodo obtinetur virtus? (11) |
| 2. A quo praebetur victus pauperi? 3. | 6. A quo docemur? |
| 3. Cur sumus in schola? 9 | 7. Quibus rebus homines terrentur? |
| 4. Quid fuit jucundum Neroni? 14 | 8. Quomodo vocatur magister? |

49.

(試翻而熟讀之)

De via virtutis.

Vita haec est via vel bivium; trames sinister est latus, dexter angustus; ille vitii est, hic virtutis. Vita trāmitem

sinistrum et time vitia; nam speciosus est aditus, sed turpis et praecipuus est exitus. Ambula in tramite dextero; est quidem spinosus, sed nulla via est in via virtuti. Per angusta ambula ad angusta, per aspera vola ad astra! Cupiditatibus tuis ne pareas; memora finem tuum semper et coronaberis.

習 問

- | | |
|--|-------------------------------------|
| 1. Quid est haec vita? | 8. In quo tramite ambulare debemus? |
| 2. Qualis est trames sinister? | 9. Quomodo ambulare debemus? |
| 3. Qualis est trames dexter? | 10. Quid semper memorare debemus? |
| 4. Quem tramite debemus vitare? | 11. Quod praemium obtinimus? |
| 5. Quid debemus timere? | |
| 6. Qualis est aditus ad tramite sinistram? | |
| 7. Et qualis est exitus? | |

數 目 詞

50.

計數形容詞 (70; 72—73)

1. Habemus unum os et duas aures. 2. In duobus amicis unus animus esto! 3. Annus habet trecentos sexaginta quinque dies. 4. Annus bissextilis habet trecentos sexaginta sex dies. 5. Mensis est tempus triginta dierum aut unius et triginta dierum. 6. Mensis Februarius aut duodetriginta aut undetriginta dies habet. 7. Dies habet viginti quattuor horas. 8. Hora habet sexaginta puncta. 9. Anni tempora sunt quattuor: ver, aestas, autumnus, hiems. 10. Septem vel octo horae satis sunt ad somnum. 11. Mille equites et viginti tria millia peditum in castris erant. 12. Urbs Roma in septem collibus aedificata est.

1. 人有兩眼, 兩耳, 雙手, 一個嘴. 2. 希臘國的七大賢(是)很有名(的). 3. 羅瑪府在起頭時有(了)四個大門, 後來有(了)三十七個. 4. 羅瑪的旗兵^p滅了八個城(及)六十五個村. 5. 天主的十誡與衆人^p是當知道的. 6. 一年有十二個月或三百六十五天. 7. 頭二十年以

前我還沒有在世界上。8. 在保祿園子裡有一千棵樹；春天都開了花。9. 在修道院裡如今有九十位修士。10. 馬有四足；鳥有兩足(及兩翅)。11. 這個兵頭有三千兵。12. 在天上有好幾千星辰。13. 希臘國因着一個人的明智得了救。

習 問

- | | |
|---|---|
| 1. Quot apóstolos habuit Christus? | 7. Quot discipuli sunt in nostra classe? |
| 2. Quot hominibus præbuit Christus cibum? | 8. Quot dies annus habet? quot hebdomades? |
| 3. Quot oculos habemus? aures? digitos? | 9. Quot horas habet dies? quot puncta habet hora? |
| 4. Petre, quot sorores habes? fratres? | 10. Quot sunt anni tempora? quomodo appellantur? |
| 5. Quot annos habes? | 11. Quot portas habet urbs nostra? |
| 6. Philippe, quot imagines Sanctorum vides in nostra schola? sellas? mensas? fenestras? | 12. Quot sunt præcepta Dei? Ecclesiæ? |

51.

序 數 形 容 詞 (71; 72 — 73)

1. Discipuli primæ classis primâni nominantur, secundæ classis secundâni, tertiæ tertiâni; nos sumus sextâni, post unum annum erimus quintâni et post duos annos quartâni. 2. Sanctus Petrus primus pontifex fuit. 3. Nero imperator primum pontificem necavit anno sexagesimo septimo post Christum natum (p. Chr. n.). 4. Pius undecimus est ducentésimus duodesexagesimus successor sancti Petri. 5. Annus millésimus nongentésimus duodécimus est annus primus rei publicæ Sinensis. 6. Quotum annum p. Chr. n. nunc habemus?

7. Ulîma régia familia fuit dynastia 清. 8. Régia familiae 清 imperatores decem fuerunt; regnaverunt per ducentos sexaginta septem annos, nempe ab anno millésimo sexcentésimo quadragésimo quarto usque ad annum millésimum nongentésimum duodécimum. 9. Imperatores 康熙 et 乾

隆 celeberrimi sunt. 10. 康熙 imperator regnavit ab anno millésimo sexcentésimo sexagésimo secundo usque ad annum millésimum septingentésimum vigésimum tertium. 11. 乾隆 imperator quartus dynastiae 清 fuit et per sexaginta annos regnavit.

1. 加祿第五位是很有名的皇上. 2. 頭一個人名叫(受說)亞當. 3. 小時是一天的第二十四分子. 4. 這本書有六十五課; 第五十一課(是)很不容易(的). 5. 一天是一主日的第七分子. 6. 一年有十二個月; 頭一個名叫(受說) Januarius. 7. 我們學校裡有十五個學生, 頭一個名叫(受說)伯多祿, 第二個名叫(受說)保祿云云.

習 問

- | | |
|---|---|
| 1. Quomodo nominantur discipuli primae classis? secundae classis? 等 1 | 7. Quomodo nominantur dies hebdomadis? quota feria est hodie? quota heri fuit? quota eras erit? |
| 2. Quis fuit primus pontifex? 2 | 8. Quae sunt nomina Latina mensium? |
| 3. Quotus pontifex nunc est? 4 | 9. Quomodo nominatur primus mensis? |
| 4. Quae fuit ultima dynastia Sinica? 7 quis fuit ultimus imperator Sinicus? | 10. Quot est nomen primi viri? primae mulieris? |
| 5. Jacobe, quando natus es? (anno) | 11. Quota hora cenabitis? |
| 6. Quota hora est? | |

代 名 詞

52.

定位, 作主代名詞 (74—76)

1. Ego sum puer, tu es vir. 2. Discipuli mei cari sunt mihi. 3. Parentes nobis carissimi sunt. 4. Amici fideles mihi auxilium praebuerunt. 5. A me laudabimini, si mihi auxilium praebebitis. 6. Parentes nos magis amant quam se. 7. Patria nobis carior esto quam vita! 8. Ludus vobis jucundissimus est. 9. Epistola tua mihi valde placuit. 10.

Præceptor me et te laudavit. 11. Amicus meus mecum in
Európa fuit. 12. In nobis omnibus est ánima immortalis.
13. Magister nos ad se vocavit. 14. Homo doctus in se
semper divitias habet. 15. Mendicus omnia bona sua secum
portat. 16. Cives multas res inter se communes habent:
templa, jura, leges. 17. Pax vobis!

1. 我是窮人,你是富戶的. 2. 天主愛我們,
我們也該愛天主. 3. 你給我刀子罷! 4. 你同
我一齊進進去罷! 5. (若)我們求天主,[自然]
他要賞給我們聖寵. 6. 克己不(是)容易(的).
7. 巴不得天主常同我們在一齊! 8. 這個古事
(是)很如我們的意. 9. 我若是懶惰,老師[就]
要罰我. 10. 你們若是熱心,[自然]天主[就]保
護你們. 11. 許多人順從自己的偏情. 12. 一
總的人愛自己.

習 問

- | | |
|--|--|
| 1. Quis creávit nos? | 7. Valétne pater tuus? |
| 2. Quid est tibi gratíssimum? | 8. Quis heri tecum ambulávit
in agrum? |
| 3. Placuíne tibi epístola patris
tui? | 9. Cum quo heri ambula-
vísti? |
| 4. Estne mater tua ægróta? | 10. Quis fuit tecum in horto?
in agro? |
| 5. Quómodo te habes (你好不
好)? Bene, male me hábeo
(我好.我不好). | 11. Paule, quem vocávit ma-
gíster ad se? |
| 6. Quómodo frater tuus se ha-
bet? | 12. Quid difficile est? (6) |

53.

指示代名詞

1. Hic, iste, ille. (77—78)

1. Hoc flumen látius est quam illud. 2. Hæc res nobis
noxia erit. 3. Fructus harum árborum dulces sunt. 4. Omnes
cives laudant hunc virum justíssimum. 5. In hac urbe multi
páuperes sunt. 6. Pater donávit mihi hos libros. 7. In hoc
bello fortítudo militum nostrórum magna fuit. 8. Sapiéntia

huius viri magna est. 9. Hæc mária ómnibus nautis nota sunt. 10. Cain et Abel fratres erant; hic erat pius, ille impius. 11. Hoc óppidum púlchrius est quam illud. 12. Hos discipulos præcéptor laudávit, illos vituperávit. 13. Incolæ huius urbis fortióres fuérunt quam illius urbis. 14. Hi flores me deléctant, illi tibi placent. 15. Hac æstáte pulhérriimi flores hortum nostrum ornavérunt. 16. Univérsus hic mundus, univérša hæc terra, univérsum hoc mare ópera Dei sunt!

1. 這個世界將要(受)滅。 2. 這個樹[上]的菓子^P很多。 3. 這些書^P如我朋友的意。 4. 這個酒比那個酒甜。 5. 你澆這些花^P罷,我要澆那些[罷]。 6. 你施給那個窮人錢罷! 7. 在那個桌子上有三本書,都是保祿的。

習 問

- | | |
|--|---|
| 1. Quid est hoc? (liber, mensa 等) | 7. Placéntne tibi hæc imágines? |
| 2. Quis donávit tibi hos libros? | 8. Quid portat ille ásinus? |
| 3. Cuius est hic culter? hic liber? illa tábula? | 9. Quis est ille? |
| 4. Quis debet irrigáre hos flores? | 10. Quis est sénior huius classis? |
| 5. Paule, cuius est ille pileus? | 11. Quis donábit huic mendicó pecúniám? |
| 6. Estne illud templum altum? | 12. Quis est Confútius? |

54.

2. Is ipse, idem. (79 — 82)

1. Rex præemia militibus donávit, nam fortitúdo eórum máxima fuit. 2. Púeri diligéntes erant; pater eos laudávit. 3. Regína nostra est benigníssima; omnes cives amant eam. 4. Pópulus Románus bellicósus erat; bellum ei semper júcúndum fuit. 5. Imperátor noster hostes superávit et castra eórum expugnávit. 6. Ego et amicus meus eódem anno nati sumus. 7. Ómne ánimal seípsum amat. 8. Se ípsum laudáre stultum est. 9. Hómines sapiéntes non laudant sese. 10. Hæc est régula ambulánda: *Raro unus, nunquam duo, semper tres, sed non ídem.* 11. Hic mundus a Deo gubernátur;

eius poténtia est máxima. 12. Omnium hóminum salus ei cara est. 13. Omnes boni amant Deum ab eóque ætérnam felicitátem sperant.

1. 人的風俗^P不一樣。2. 我們的皇上很好；民人也很喜歡他。3. 今天我同若望逝去了；在路上我給他述說了一個很體面的故事。4. 羅瑪人從前很好打仗，倒底有時候別的民人也打敗了他們。5. 一總人^P的本性(是)一樣(的)，(倒底)脾氣不(是)一樣(的)。6. 我們該愛我們自己也[該愛]別人。

習 問

- | | |
|---|-------------------------------------|
| 1. Quis militibus præmia donávit? Cur? 1 | 7. Quid est stultum? 8 |
| 2. Quis erat diligens? 2 | 8. Quæ est régula ambulánda? 10 |
| 3. Qui pópulus bellicósus erat? 4 | 9. A quo mundus gubernátur? 11 |
| 4. Cui bellum jucúndum fuit? 4 | 10. Cum quo ambulavísti? (3) |
| 5. Quis hostes superávit? 5 | 11. Estne natúra hóminum éadem? (5) |
| 6. Quo anno tu et amicus tuus nati estis? 6 | 12. Quos amáre debémus? (6) |

55.

疑 問 代 名 詞

Quis, quæ, quid, quod? (82)

1. Quis creávit hoc cœlum? hanc terram? illas stellas? hanc lunam? illas herbas? hæc animália? 2. Quid creávit Deus? 3. Quem hortum vidísti? 4. Quos discípulos magister amat? 5. Quorum ánimæ a Deo creatæ sunt? 6. Quam scholam visitavísti? 7. Quæ templa vidísti? 8. Cuius est hic liber? 9. Quæ státuæ sunt in ecclésia nostra? 10. Quo nómine vocáris? 11. Quibus discípulus paret? 12. Quis gubernat impérium Sincum? 13. Quos amat puer? 14. Quod malum maius est quam peccátum? 15. Quis hóminum sanctíssimus est? 16. Cuius doctrinæ sapientíssimæ sunt? 17

Cui omnes hómines parére debent? 18. Quem omnes hómines adoráre debent?

1. 這個人是誰? 2. 這是什麼? 3. 什麼(是)比德行強呢? 4. 這本書是誰的? 是若瑟的。5. 誰相似天主? 善人。6. 你叫了誰[來]? 我叫了方濟各[來]。7. 那一個毛病是頂不好的呢? 8. 誰造了萬物? 9. 安得肋是那一個老師的徒弟? 10. 今天你受了誰[的]誇獎? 受了老師[的]。11. 伯多祿今天叫誰罰了? 叫他父親。12. 老師給你們述說了什麼故事? [述說了]多比亞的故事。

第三聯法 行說

56.

(92)

1. Liberi paréntes colunt. 2. Discípuli multos libros legunt. 3. Epístolam tuam magna cum lætítia légimus. 4. Frater meus agros vicíni nostri emet. 5. Imperátor exercitum in hóstium terram ducit. 6. Milites nostri vincent hostes. 7. Mittémus vobis epístolam amíci. 8. Pagáni multos deos colunt, nos cólimus unum Deum. 9. Mercatóres fruméntum emérunt. 10. Bias, unus ex septem sapiéntibus Græciae, dixit: „Omnia mea mecum porto“. 11. Cláudite portam et fenéstras, nam frigus magnum est! 12. Quid vidisti? Dic mihi ómnia! 13. Púeros verum dicere docémus. 14. Difficile est multos hómines régere. 15. Se ipsum vicisse pulchérissima victória est. 16. Defénderè pátriam militum est. 17. Non multos, sed bonos libros légere debétis. 18. Sæpe nobis scribátis epístolam! 19. Utinam semper verum dicátis! 20. Colens virtútem mortem non métues. 21. Sæpe artem scribéndi exérceas! 22. Multae res ad vivéndum nobis

necessariae sunt. 23. Quid est iucundius quam miseris beneficia tribuere? 24. Rex militibus fortibus praemium tribuit. 25. Impium est, parentum consilia contemnere. 26. Beati erimus, si semper colimus virtutem. 27. Juvencus est, tempus discendi. 28. *Non scholae, sed vitae discimus.*

1. 時候減少疼痛。2. 恭敬天主是衆人的本分。3. 得勝本國的敵人^P是光榮的。4. 我的父親給我寫了信。5. 我們該屢次念聖經。6. 念好書^P(是)很有益(的)。7. 看門的晚上該鎖門。8. 你不要輕看窮人^P! 9. 你們常該說寔話! 10. 我們常修德行罷! 11. 幼年人該尊敬父母, 教員, 老年人! 12. 我們喜歡真朋友^P, 到底輕看撒謊的人^P。13. 天主給亞當說: 你該種地堂[裡]的園子。

習 問

- | | |
|---|--|
| 1. Qui colunt multos deos? 8 | 7. Quis scripsit tibi hanc epistolam? (4) |
| 2. Quid emunt mercatores? 9 | 8. Quis debet claudere portam? quando? (7) |
| 3. Quid dixit Bias? 10 | 9. Quos debet colere juvenis? (11) |
| 4. Quae victoria est pulcherrima? 15 | 10. Quid dixit Deus Adamo? (13) |
| 5. Quorum est, defendere patriam? 16 | 11. Ubi erat Adamus? |
| 6. Quid est nobis ad vivendum necessarium? 22 | |

受 說

57.

(93)

1. Omnes difficultates diligentia vincuntur. 2. Pueri mittuntur in scholam, ut discant. 3. Manducamus, ut vivamus; non vivimus, ut manducemus. 4. Divitiae a viro sapienti contemuntur. 5. A malis contemebimini, sed ab omnibus bonis amati estis. 6. Dum vivimus, speramus. 7. Nec virtus nec sapientia auro emitur. 8. Memoria minuitur, si non

exercétur. 9. Stúdiū litterárum nunquam a Sinis negléctum est. 10. Mílites ex castris ducti hóstium exércitum fugavérunt. 11. Exércitus in castra redúctus est. 12. Boni saepe a malis arguúntur. 13. A veris amícis non falléris. 14. Calor aetátis vento minúitur. 15. Hómīnes mali bonis exémpis saepe corrigúntur.

16. Proditóres ab ómnibus contemnúntur. 17. Res pública a praéside régitur. 18. Córporis vires cibis restituúntur. 19. Epístola tua ab ómnibus amícis lecta est. 20. Fruméntum a mercatóribus emebátur. 21. Ab impiis árgui non semper est turpe. 22. Hic error statim a te cónitus est. 23. Colátis virtútem, ut a Deo diligámini! 24. Líbri non solum emi, sed étiam legi debent. 25. Nemo a vobis laedátur!

將下諸行說換受說 (86)

1. 善人見愛(受說)於天主. 2. 許多義人^P(被)充了軍. 3. 一年分四季(四分). 4. 許多居民^P爲強盜所殺. 5. 好人^P屢次受惡人^P[的]輕慢. 6. 我們念詩人們寫的詩^P. 7. 小修道院的學生分八班. 8. 許多民人^P叫大亞歷山打敗了. 9. 許多城^P爲敵人^P所滅. 10. 善人^P(及)惡人^P(受)看出來在行爲而不在言語.

11. 晚上看門的當鎖城門. 12. 你們總別說瞎話! 13. 你們當買有益的書^P! 14. 你小心罷, 別受人^P[的]哄騙! 15. 你總別忽略明白人的主意! 16. 受惡人^P[的]輕慢不爲丟人. 17. 漢尼拔不得已離開了意國. 18. 本國爲一總的民人(是)當保護(的)! 19. 羅瑪頭一個皇上羅木祿修蓋了羅瑪城.

習 問

1. Quómodo vincúntur difficultátes? 1

2. Cur púeri mittúntur in scholam? 2

- | | |
|--|--|
| 3. Cur manducámus? 3 | 7. In quot partes dividitur annus? (3) quómodo nominántur partes anni? |
| 4. Quómodo corrigúntur mali hómines? 15 | 8. Quómodo cognoscúntur boni hómines? quómodo mali? (10) |
| 5. A quo régitur res pública? 17 | 9. A quo Roma cóndita est? (19) |
| 6. Quómodo restituúntur vires córporis? 18 | |

58.

(試翻而熟讀之)

De litteris Latinis.

Lingua Latína viginti quinque litteras habet; áliæ sunt vocáles, áliæ consonántes, áliæ diphthóngi. Vocáles enumerántur quinque, consonántes septémdecim; diphthóngi sunt soni vel duábus vocálibus vel duábus consonántibus compósi. Consonántes dividúntur in dentáles, guturáles, labiáles; áliæ enim dentibus, áliæ gútture, áliæ lábiis efformántur.

Recta pronuntiátio litterárum Latinárum Sinénsibus valde difficilis est. Si vero discipuli ab infitio diligentissimi sunt et óptimam pronuntiatiónem semper exércent, plúrimas difficultátes superábunt. Accurátam pronuntiatiónem quinque vocálium et distinctiόnem inter *l* et *r* litteras. semper observa! Atténtus esto et diligens! Devíta pronuntiatiónem fractam et ásperam et citátam! Pronuntiátio tua sit vera et bona, vocis tuæ sonus sit rectus et exáctus!

習問

- | | |
|--|---|
| 1. Quot litteras lingua Latína habet? | 7. Quómodo discipuli plúrimas difficultátes superábunt? |
| 2. Quómodo dividúntur litteræ? | 8. Quid debémus semper observáre? |
| 3. Quot vocáles enumerántur et quot consonántes? | 9. Quales semper esse debémus? |
| 4. Quid sunt diphthóngi? | 10. Quid debémus devitáre? |
| 5. Quómodo dividúntur consonántes? | 11. Qualis pronuntiátio esse debet? |
| 6. Quid Sinénsibus valde difficile est? | 12. Qualis esse debet sonus vocis? |

第四聯法

行說

59.

(94)

1. Deus ómnia scit. 2. Deus benígnus aves cœli nutrit, flores campi vestit, étiam nos nútriet et véstiet; péllite igitur curas! 3. Magistrátus urbem custódiunt. 4. Dormímus, ut ánimus et corpus recreéntur. 5. Nunquam cupiditátibus serviémus. 6. Hómines cupiditátibus serviéntes, néglégunt præcépta Dei. 7. Tempus dolórem vestrum léniét. 8. Paréntes me nutritérent et vestivérent. 9. Artes et líteræ léniunt feros mores. 10. Paréntes me erudivérent, nunc magistri me erúdiunt. 11. Semper obœdiam magistris. et paréntibus. 12. Meruístis pœnam, quia præceptóribus non obœdivístis.

13. Mors finiet omnes dolóres. 14. Custodiámus valla et urbem! 15. Multi cives dormiéntes ab hóstibus necátí sunt. 16. Audívimus voces ávium in silva cantántium. 17. Viros doctos audire valde gratum est. 18. Obœdi paréntibus! 19. Officium obœdiéndi sæpe difficile est. 20. Deum rogámus, ut te servet atque custódiat. 21. Magistrátus scélera puniúnto! 22. Sumus in hac terra, ut Deo sérvíámus. 23. Utinam inimicítias finiátis! 24. Dívites, nutrité et vestíte páuperes! 25. Jánnitor, claude portam et custódi villam! 26. Multis imperáre jucúndius est, quam obœdire. 27. *Tantum scimus, quantum memóriá tenémus.*

